

CRIMEN

FORI ECCLESIASTICI,

*Ex del Collegio Real de la comp.ª S E U de Br. y de su libreria. Salamanca. appho
Decretalium Gregorij IX, Pont. Max. in usus de lo.*

LIBER V.

Brevi Methodo ad discentium utilita-
tem Expositus,

In quo præcipuæ circa Materiam hujus
Libri Quinti, quæ tum in Theoria, tum in praxi occur-
runt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrâ sentientium
fundamentis, & horum solutionibus.

TOMUS I.

AUTHORE

P. FRANCISCO

SCHMALZGRUEBER,

Soc: JESU, SS. Theologiæ, & SS. Canonum Doctore,
horumque in Alma, & Electorali Universitate Ingolstadiana
Professore Ordinario, & Primario.

Accedunt duo Indices, unus Titulorum initio Operis, alter rerum
& verborum notabilium in calce ejusdem.

Cum Privilegio Sacr. Casar. Majestatis, & Facultate Superiorum.

INGOLSTADII,

Sumptibus Joannis Andreæ de la Haye Bibliopolæ Academici.

Typis Thomæ Grafs, Typographi Academici Anno 1717.




Facultas
R. P. Provincialis

Cum Privilegio Cæsareo.

EGO Josephus Preils, Societatis IESU per Superio-
rem Germaniam Præpositus Provincialis, factâ
mihi potestate ab Admodum Reverendo P. N.
Michaële Angelo Tamburino Societatis univērsæ Præ-
posito Generali, Librum, cui Titulus est, *Liber Quintus
Decretalium &c.* à P. Francisco Schmalzgrueber Societatis
nostræ Sacerdote, & SS. Theologiæ, & SS. Canonum
Doctore conscriptum, & à deputatis ejusdem Societa-
tis Patribus lectum, probatúmque, Typis in lucem edi-
permitto, ac Domino Joanni Andræ de la Haye Bib-
liopolæ Academico Ingolstadiensi jus concedo usur-
pandi ad decennium Privilegij Cæsarei, quo Typogra-
phis, ac Bibliopolis omnibus adimitur copia, vulgatos
à Societatis IESU Patribus Libros, absque Superiorum,
Authorúmque consensu in eâdem, vel diversâ Linguâ
recudendi, vel intra Sacri Romani Imperij, & Pro-
vinciarum Sacræ Cæsareæ Majestati hæreditario Jure
subjectarum fines importandi. Hanc Facultatem de
una tantùm impressione intellectam manu mea, & Offi-
cij Sigillô firmavi. Oeniponti 14. Septembris 1717.

L. S.

Josephus Preils, S. J.



CRIMEN
 FORI
 ECCLESIASTICI,
 SEU
 Decretalium Gregorij IX.
 LIBER V.

Post enarratas Libris duobus præcedentibus Causas, de quibus in Judicio Ecclesiastico agitur civiliter, sequuntur illæ, de quibus criminaliter in eodem disceptatur, seu ipsum *Crimen Fori Ecclesiastici*, ejusque pœnæ. In quinque omnino Partes dividi Liber hic potest. *Pars Prima*, postquam Accusationibus, Denuntiationibus, & Inquisitionibus regulam, ac normam statuit, enarrat ea maximè Crimina, quæ in vilipensionem rerum Spiritualium, & Orthodoxæ Fidei subversionem tendunt. *Secunda* subjungit illa, quibus proximi vita, fama, & fortunæ læduntur. *Tertia* persequitur Delicta reliqua: maximè verò illa, quæ perpetrantur Ecclesiasticorum Ordinum temeraria susceptione, & susceptorum usu sacrilego, excessu privilegiatorum, injurijs, & damnis illatis. *Quarta* pœnas Criminibus tum Vindicativas, tum Medicinales statuit. *Quinta* non tam huic Quinto Libro propria, quàm præcedentibus quatuor communis, Significationem Verborum explicat, & certas Judici Ecclesiastico, quibus Sententiam conformet, Regulas ponit.